

# GRATULATORIUM DE DUPLICI SPARTA BENE-PARTA

AD

PRÆSTANTISS. ET LITERATISS.

DN.

M. GOTHEFRIDUM KNAUTHIUM,  
Gymnasij Dresdensis Collegam  
Digniss. jam Sponsum.

**D**OBE LA nostra olim peperit, ceu pignora chara.  
Eximios multos non sine laude viros.  
Nonne in Lipsiacis erat instar Luminis oris  
BURCHARDUS Doctor Theiologusq; pius?  
HÖPFNERUS prior est Superintendentis habenas  
Lipsicā in urbe gerens, Theiologumq; jubar.  
Nominis est magni & CUNADUS in urbe celebri  
Grimmae Ephorus clarus, Sionidumq; decus.  
Hic in Gymnasio populares arte polivit  
Portensi plures non sine honore Viros.  
KROMAYERE canam quid de Te? Principis aulā  
Qui Vinariae eras fulgida stella poli.  
Non minus incelebris noster quoq; BECKIUS exstat,  
In Patriā Pastor, Dive Luthere, tuā.  
Quid? ZIMMERMANNUS senior, cui Curia cura est,  
Hic quoq; perdignum Consule nomen habet.

GRÜTZNE-

1018381

JG 49

GRÜTZNERUM & Superattendentem, Ephorumq; fidelem  
Urbis Grätzensis Fama celebrat anus.

GREIFFIUS est celebris Pastor, meus inter amicos  
Haud minimus meritò bunc Döbela nostra colit.  
Nec mibi SCHNEIDERUS laude indotatus abibit  
Raußlitij Pastor cui pia Musa favet.

VV ALRICHII Pastor quoq; fidus, Clarus & alter  
VV ALRICHII; patriæ cui data sceptræ scholæ.

Hunc Præceptorum agnoscunt charum atq; fidelem,  
Quorum olim Aonyjs ora rigavit aquis.

Tres ZIGERIADUM fratres, LEHMANNUS uterq;  
(Quod rarum!) populum qvi sacra jura docent.

ZIMMERMAN junior, Themidis legumq; sacerdos,  
RICHTERUS doctus, RHOSTIUS ingenuus.

His merito annumero Vos, ô par noble fratribus,  
KNAUTIADES, Patriæ spes, amor, atq; decus.

Outinam vestri possent spectare parentes,  
Quale decus vobis splendida Dresdena daret!

Jam vobis liquidum est, quod ditent vota paterna,  
Nec sobolem hic unquam tñdeat esse probam.

Te, GODEFRIDE, Deus clarâ in statione locavit,  
Dresdensisq; dedit sceptræ regenda scholæ:

Jam quoq; prospexit de sponsâ, virgine clarâ  
De duplice hoc dono nonne beatus ovas?

Degemino hoc igitur merito Tibi grator honore,  
Et votum hoc addo mente favente pium

1018381

Condu-



*Conduplicet triplicet Deus in te hæc grandia dona,*

*Immò quadruplicet divite tanta manu!*

*Heus, nove vir, nostræ sed Döblæ hæc vota precare.*

*Ut pariat plures, pignora docta, Viros.*

*DöBELA nam nostra est jam debilis, atq; caduca,*

*Viribus & nervis debilitata nimis.*

*Ut Deus hanc patriam confortet robore forti,*

*Quo post tot casus urbs benedicta fiet!*

Hoc qvicqvid est  
Gratulabundus scribeb.

M. Johann Schuß P. D.



**C**onfert Jova viris doctis amplissima dona,

*Ut servet puræ Religionis opus.*

Ast tibi qvid doni dederit Deus ingenijq;

*Lipsia testatur, Dresdaq; jam bene lcit.*

Scilicet hoc opus est magnum, qvi lumen habenas

*Ludi, & qvi juvenes cum pietate docet.*

Felices igitur pueros, qvi tempore vivunt

*Ilio qvos docto Knauhius ore monet!*

Sit tibi præstò Deus, multis & honoribus ornet,

*Ut bene cedat opus, qvod facis ipse, tuum.*

Te genuit Döbelä, dedit tibi Lipsia summos

*Doctores, Dresda at suppetit hospitium.*

Inter

Inter at has omnes, Sponsam, Venerande Magister,  
Qua thalamum intrares, cum dare nulla queat;  
Eligis ipse tibi Nympham, quam fata volebant,  
Optata & haec est ANNA MARIA tua.  
Haec dum perpendo, non immemor ipse tui sum,  
Qui te sic dixi velle coire thoro.  
Et quia fatalis Sponsa haec fuit, optime Sponse,  
Hoc etiam voto prospera fata precor.

*Hac sincero amico  
suo scribebat Dobela*

*HENRICUS SCHUMAN  
schola ibid, Collega.*

F I N I S.

